



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

83. Trudonopolitani cum Henrico III. Loth. Brabantiaeq[ue] Duce, Aduocato suo maiore, confaederationis leges statuunt, an. 1255.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

publicatis, inspectis actis eiusdem negotij vniuersis, ac auditis quæ ex parte dictorum nobilium fuerunt proposita coram nobis, die ad diffiniendum assignata, quia nobis constitit, dictos Ioannem & Balduinum de Auennis intentionem suam sufficienter probauisse, nos, de iurisperitorum consilio, eorundem natalitia legitima declarantes, ipsos legitimè natos esse, & legitimos sententialiter diffinimus.

Datum Remis, anno Domini M. CC. XLIX. feria sexta post Octauam S. Martini hiemalis. 1249.

NOTATIO.

Sententiam istam Innocentius IV. Papa XV. Kalendas Maij, anno pontificatus sui VIII. confirmauit, & per Nicolaum Episcopum Cameracensem executioni mandari (vt practicorum verbis vtat) iussit. Quod hic præstitit litteris publicatis an. 1252. feria 2. post Dominicani, Quasi modo. Hæc & alia eò spectantia fusè narrat Iacobus Guisius tomo 3. Annalium mss. Hannoniæ. Vide & Chronicon nostrum, quod Sigeberto Gemblacensi subiunximus, in gestis anni 1251.

CAPVT LXXXIII.

*Trudonopolitani cum Henrico III. Loth. Brabantieque Duce,
Aduocato suo maiore, confæderationis leges statuunt
anno 1255.*

VNiuerfis præsentem paginam inspecturis Scultetus, Scabini, Magistri iurati, totaque Communitas opidi S. Trudonis, salutem & infracriptorum cognoscere veritem.

Cùm propter multa incommoda & tribulationes diuersas, quæ nos & opidum nostrum circumdant & adueniunt, nullis nostris demeritis exigentibus, auxilium & protectionem atque defensionem illustri viro domini HENRICI, Ducis Lotharingiæ & Brabantie, Aduocati nostri maioris, oporteat inuocare, vniuersitati vestræ notum esse cupimus, quòd nos de communi consilio & voluntate opidi nostri prædicti, cum dicto domino Duce, Aduocato nostro ma-

iore, talem compositionem & confederationem statuimus & fecimus.

Quòd in eius expeditionem communem, scilicet quæ sit propter defensionem terræ suæ, siue pro iniuria terræ ipsius illata, tanquam alij opidani sui, videlicet *Diestenses & Mechlinienses*, cum armis nostris bellicis & balistis ire debeamus & volumus, sicut & debemus, saluo per omnia iure domini Leodiensis Episcopi, nostri Patris venerabilis.

Hoc etiam addito, quòd contra supradictum Patrem nostrum venerabilem Episcopum Leodiensem, & eius dicecesim, ire cum ipso domino Duce præfato non debeamus, licet tota terra Brabantica illuc suam direxerit expeditionem: nisi palam & omnibus notum fuerit, quòd ipse Episcopus dominus Leodiensis præfatus iniuriam manifestam eidem domino Duci inferre præsumat & velit.

1255. Ut autem præmissa omnia rata & inconcussa permaneant, præsentem paginam prænominato Aduocato nostro domino Duci, & eius successoribus sigilli nostri munimine contulimus & dedimus roboratam, Datum & actum anno Domini M. CC. LV. mense Maio.

NOTATIONES.

TRUDONOPOLIS,) opidum ditionis Leodicensis, *S. Tron*, nomen habet à *S. Trudone*, qui illo suo in fundo monasterium ædificauit, & anno 689. ad meliorem vitam transijt. Annales nostros Belgicos in gestis anni eiusdem, & fastos 23. Nou. consule.

DE BALISTIS,) alijsque maiorum nostrorum instrumentis bellicis, vide Lipsium in lib. De machinis Romanorum.

IRE DEBEAMVS.) Hinc datur intelligi, ipsos olim ciues opidorum Brabantia suis Ducibus militasse, & bellicis expeditionibus interfuisse.

CAPVT